et specialit̄ in choro. In hac ecclesia
ꝓpe chorū versus meridiem est mōs
caluarie in quo crucifixus est jhesus
Ad hunc montē intra ecclesiā per ali
quos gradus ascendit̄ et extra ciui:
tatē per alios gradus quondā ascē:
debat̄ sed ipa ianua nūc est obstru:
cta. Hic mōs est rupis durissima et
subtus montē est capella nubianorū
rupe et petra excissa. supra montē cal
uarie etiam est capella ad quā ab in
tra ascendit̄ vt dixi. et in loco vbi cru
cifixus erat jhesus est foramen quo
crux erat imposita et scissure rupis
et petre tempore passionis xp̄i fracte
adhuc patent euident̄. In eadem ca
pella etiā sepulti sūt illi gloriosi prin
cipes gotfridus dux de bolim et bal:
dewinus suꝰ frater primi reges jhe:
rusalem xp̄iani qui terrā sanctā cum
maximis laboribꝫ acquisiuerūt et re
ceperunt et possiderunt et sarracenis
inestimabilia dāpna intulerūt et xp̄i
anitati q̄plruima bona fecerunt. Et
bene mirandū q̄ sarracenī sepulchra
et corpora eorū intacta tam honori:
fice quiescere permittunt q̄ eis tot et
tanta mala intulerūt et ipis vniuer
sam terrā sanctā abstulerūt. idem glo
riosi principes constituerūt q̄ nullꝰ
rex iherusalem coronā aureā portare
debeat sed coronā spineā et successo
res eorū seruauerūt in p̄sentem diem
In hoc caluarie loco omni die legit̄
passio xp̄i dum degunt ibi xp̄iani vt
in ordinario eorum bene legitur. ꝓpe
montez caluarie est locus vbi mater
dn̄i et ille mulieres et ille discipulꝰ
steterunt et ibidem jhesus matrē suā
discipulo cōmendauit dicens Mu:
lier ecce filius tuus. Ante ianuā cho
ri versus meridiem est lapis niger et
locus super quem posuerunt corpus
xp̄i dū de cruce fuit receptū et in lin
theo illud inuoluerunt.

De sepulchro domini.

Ante chorū versus occidentē
pua duplex stat eccl̄ia siue
capella que quasi tres ianu:
as habet et in ea tria altaria stetisse
videntur. De hac priori capella in:
tratur ad aliam capellam in qua est
sepulchrum xp̄i per ianuam tā par:
uam et dimissam semicirculariter fa:
ctā ita q̄ per ip̄m intrare oportet cur
uato dorso. Hec capella in modum
semicirculi est testudinata nullam ha
bens fenestram et in ea est sepulchrū
Huius capelle longitudo et sepul:
chri sunt circa nouem palmas. latitu
do capelle circa septem palmas. Se
pulchrum xp̄i est integro lapide ex:
cissum. sed ne a peregrinis maculet̄
est aliis lapidibꝫ marmoreis albis cir
cūpositum et lapis quo ante in latere
est circūpositus est tribꝫ foraminibꝫ
perforatus et per ista foramina verū
sepulchrū et verus lapis osculatur et
ille lapis quo sepulchrū est circūpo
situ. est vero sepulchro tam subtiliter
cōiunctꝰ q̄ ignorātibꝫ vnꝰ lapis esse
videt̄. q̄re credo q̄ in aliq̄ ecclesia nō
sit de lapide veri sepulchri. nā omibꝫ
istis que audistis exceptis in dilige:
ntissima habentur custodia. Nam
si sepulchrum xp̄i per grana vel are
nā posset deportari vltra longa tem:
pora si maximus mons esset fuisset
deportatū nec vna arena permansis
set. Ceterū de lampadibꝫ et lumina:
ribꝫ que dicunt̄ esse circa sepulchrū
sanctū dico oino lāpadē nullā vl̄ lu:
minare circa sepulchrū xp̄i. ꝫ degunt

in ecclesia santci sepulchri georgiani antiqui habentes clauē sancti sepulchri quibꝫ ꝑ paruam fenestram que est in ianua ecclesie meridianali a peregrinis victus et elemosine et luminaria et oleum ad lampades ad illuminandū circa sanctum sepulchrum ministrant̄ et deficiente hoc penitus absqꝫ aliquibꝫ illuminacionibus manet et sic totaliter absqꝫ reuerentia et honore.

¶ Versus super valuas ecclesie sancti sepulchri.

¶ Anno milleno centeno q̄ minꝰ vno.
Quidecies nilo iā plebi lumie tacto
Vite plꝰ sacre studio q̄ mitigaē acre
Iherusalē franci capiūt v̄tute potēti

¶ Versus super tabulā monumenti

¶ Mortuus hic iacuit mortē dū morte peremit. Hic leo dormiuit qui peruigil omnia triuit.

¶ Nota versus super ostium sancti sepulchri.

¶ Aspice plasma meū qui transis ante sepulchrum. Quo triduo iacui cū pro te passus obiui. Et behemoth dyrum contriui cum pede plexum. Vectibus et tetri confractis prorsus auerni. Abstulit inde suos secum supra astra locatos.

Nam sarracenī tantum venerant sepulchrum xp̄i vt xp̄iani et vt synagogas iudei. Item in eadem ecclesia ante chorum modicum versus meridiem est locus vbi steterunt tres marie et dicebant ad inuicem Quis reuoluet nobis lapidem. Item in eadē ecclesia stat pars columne in qua flagellatus et ligatus erat ihesus. reliqua pars est in constantinopoli. In eadem ecclesia descenditur bene per quadraginta gradus ad locum vbi tres cruces fuerunt inuente in inferiori loco Et capella vocatur cathedra iacobi minoris in qua ip̄e episcopus iherusalem residebat. Etiā in hac ecclesia stant columne que tēpore passionis xp̄i in domo pylati steterunt. et ab illo tempore vsqꝫ in presentem diem aquam sudātes. In hac est locus in quo mortuus super crucē xp̄i positus fuit resuscitatꝰ. Item in hac ecclesia est locus quo marie magdalene in specie ortulani apparuit. hec omnia loca sancta in ecclesia continētur inclusa et ip̄a ecclesia vt palaciū ad comoda diuersa peregrinorum et inclusorum est parata. Nam peregrini aduenientes ab vna hora diei prima vsqꝫ ad eandem horā diei crastine in ecclesia includūtur et omnia ad libitū possunt perlustrare Incole vero xp̄iani bis in anno scilicet a parascephe vsqꝫ ad feriam secundā post pasca et a vigilia inuencionis sancte crucis vsqꝫ ad crastinū gratis intromittuntur et includuntur et diuersarum rerum et victualium in ecclesia. vt in partibus istis in nundinis reperiuntur mercimonia et diuersa ibidē audiuntur ydeomata et melodia et vnaqueqꝫ nacio locum habet specialem ad diuinum officium ad ritum eorum peragendū ex quo latini habent locum quo xp̄us marie magdalene apparuit in specie ortulani Iuxta ecclesiam sancti sepulchri quondā fratres sancti Johannis iherosolomitan̄. habitabant et in ip̄o palacio est cōmune hospicium tam largum q̄ plures q̄ mille homines in eo comode possunt habitare siue hospitari et omnibꝫ quibꝫ indigēt ꝑ p̄cio

reperire. Est autē in hoc palacio siue hospicio cōsuetudinis ꝙ quilibet peregrinus dat duos denarios venecianos pro hospicio si moratur ibi per annum non dat magis si moratur per vnum diem non dat minus. In hoc palacio seu hospicio temporibꝰ meis habitauit quedam matrona nomine margaretha de cicilia que habuit fratrez canonicū sancti sepulchri nomine nicolaꝰ. Hec margareta xp̄ianis multum fuit vtilis et proficua vt michi constat. et semper ꝓpter fidelitatem in specilai gracia fuit soldani. Et est sciendum ꝙ canonici sancti sepulchri mltis vtuntur p̄uilegijs vt in ordinario eorum legi. Nam omnes horas diei cum alleluia vt nos cum deus in adiutorium incipiūt. Et hij principaliter legunt assertiue vt ipo die pasce. dyaconus legit euangelium tali modo In illo tempore maria magdalene et maria jacobi et salome emerūt aromata venientes vngerent ihesum ꝛc̄ Et dū venit ad illū articulū surrexit non est hic tūc dyaconus digito suo monstrat super sepulchrum et sic de reliquis. Inter cetera ante ecclesiam versus occidentē est lapis super quē jhesus baiulans crucē modicū quieuit et ibidē angariauerūt symonē cyreneū de villa venientē vt tolleret crucē. Itē iuxta ecclesiā nō longe versus meridiē est lapis super quē jhesus sletit dicens Filie jherusalem nolite flere super me ꝫ super vos et sup filios vestros. Item in jherusalem apparent adhuc pauimenta domꝰ pylati. sed tunc erat extra ciuitatē domꝰ cayphe in qua cōsiliū fecerunt et ipe ꝓphetauit dicēs expedit vnū hominez mori. et distat a jherusalem tribꝰ miliaribꝰ illius patrie. Itē in jherusalem q̄plurima alia cernuntur mirabilia et loca sancta de quibꝰ longum esset enarrare.

De Zacharia ciuitate.

Item de iherusalem ꝓceditur et peruenitur ad ciuitatem quandam pulchram et nūc desertam in montanis judee sitam nomine zachariam et distat a jherusalem quinqz miliaribus In hac ciuitate Elizabeth et zacharias parentes sancti Johannis baptiste habitabant et in ea beata maria post annūciacionem eius iuxta dictum gabrielis iuit a Nazareth cui Elizabeth obuiauit et exultauit infans in vterō eius et maria dixit magnificat anima mea dominum. In loco quo sibi inuicem obuiauerunt et amplexati sunt se pulcherrima ecclesia est cōstructa que magnificat vocatur in presentēdiē et distat hic locꝰ a Nazareth ad tres dietas cum dimidia quas mater domini itaqz iuit vt euangeliū testatur. Surgens maria abijt cum festinacione montana iudee. In hac etiam ciuitate sanctus johannes baptista conceptus est et natus. Et de hac ciuitate Zacharia reditur et cernitur locus vbi crux cristi creditur creuisse et multa sanctorū cernuntur monumenta et heremitoria cauerne et antra in quibus sanctorū multorū corpora adhuc quotidie reperiuntur intacta et illesa quorū nomina deus nouit et dum sic reditur in jherusalem ꝛc̄.

Nota de loco martirij sancti Stephani.